



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Apotheca Spiritualem Pharmacorum Contra Litem Contagiosam Aliosque Morbos**

**Wichmans, Augustin**

**Antverpiae, 1626**

Tertio Kalend. Maij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9653**

facellum per honorificum, in qua, historia vitæ eius depicta cernebatur, atque in conuentus Sororum S. Francisci, altare consecratum versus occidentem, eo in loco vbi lecto decumbens, Deo in hac vita seruiſſe fertur. verû per tumultus Belgicos, omnia nuper euerſa ſunt. Eſt verò Schidamum oppidum Hollandiæ, à Schiamne dictum, ad primum lapidem à Roterodamo ſitum; vbi egregia nauium piſcatoriarum, & negotiationis halecariæ ſtatio eſt.

*Decimo Kalend. Maij.*

27.  
April.

Anaſtaſiopoli S. Theodori Epifcopi, miraculorum gloria celeberrimi, qui homines & iumenta à peſte ſæpius curauit.

Vide cap.  
27. Apot.  
Spir. fol.  
149.

**H**ic eſt ille celebris Archimandrita cognomèto Sicæota, cuius acta ſinceriffime ſcripta à Georgio eius diſcipulo recitat Me- taphraſtes, ex quo ea habet Surius hac die. quem tu vide.

*Tertio Kalend. Maij.*

29.  
April.

Romæ S. Catharinæ virginis Senenſis, Ordinis S. Dominici, vita & miraculis claræ, quam Pius ſecundus in Sanctarû virginû numero adſcripfit.

Vide cap.  
48. Apot.  
Spir. fol.  
240.

**A**cta eius nobiliſſima ſcripfit B. Raimundus Capuanus Ordinis Prædicatorum Magiſter, agitque de eadem pluribus S. Antoninus. Vnicum verò quod ſciam Monialiû Ordinis Dominicanæ Cænobium in Brabantia hætenus extat, Audergemium ſcilicet ab Aleide Henrici III. Brabantia Ducis coniuge extractum, milliari vno à Bruxella diſſitum, haud procul à Rubra valle Canoniorum Regularium celebri Cænobio.

Exemplo huius ſanctiſſimæ virginis ſigmatibus Chriſti inſignitæ, etiam plures Belgicas virgines ſigmaticas habemus, vt B. Brigidam Hollandam teſte Antonio ſenenſi, quæ floruit anno 1390. B. Gertrudem Oiſtenſem, & B. Liduinam Schidamènſem, de quibus Miræus in Faſt. Belg. 1. Auguſti, & nos ſupra.

C 2

*Quinto*